Meus alcumene illa illū censet virū
Suum esse quę cum mecho est ibi nunc meus pat̄
Memorat legiones hostiū ut fugauerit.
Quo pacto sit donis donat⁹ plurimis.
Ea dona quę illic amphitrioni sunt data
Abstulimus facile mis pater quod uult facit
Nunc hodie amphitrio ueniet huc abexercitu
Et seruūs cuius ego hanc fero imaginem
Nunc inter nosse vt nos possitis facilius
Ego has habebo usq; in petas opinnulas
Tum meo patri autē torrulus inerit aureus
Suppetaso id signū amphitrioni non erit
Ea signa nemo horū familiarium
Videre poterit. uerum uos uidebitis
Sed amphitrionis illic ē seruus sosia
A portu illic nunc cum laterna aduenit
Abigam iam ego illum aduenientem abedibus
Adē ferit opere p̄tium hic spectantib;
Iouem ⁊ mercurium facere histrioniam.

SOSIA MERCVRIVS.

Qui me alter ē audacior homo. aut qui confidentior
Iuuentutis mores qui sciam. qui hoc noctis solus ambulē
Quid faciam nunc si tres uiri me incarcerem compegerint.
Inde cras ẹ promptaria cella depmar ad flagrū
Nec causam liceat dicere mihi neq; in ẹro quicquā auxilii siet
Nec quisquam sit quin me omīs eē dignū deputent
Ita quasi incudem me miserū. homines octo validi cędant
Nec aequum anne iniquū imperet cogitabit.
Ita peregre aduenient hospicio puplicitus accipiar
Hec eri inmodestia coegit me qui hoc noctis aportu ingratis excitauit
Nonne idem hoc luci me mittere potuit
Opulento homini hoc seruitus dura ē
Hoc magis miser ē diuitis seruus
Noctesq; diesq; assiduo satis supq; ē
Quo facto aut dicto adē opus quietus nesis
Ipse dominus diues operis ⁊ laboris expers.
Quod cumq; homini accidit libere posseretur
Aequū esse putat non reputat laboris quid sit
Nec equū anne iniquū imperet cogitabit
Ergo in seruitute expetunt multa iniqua
Habendū ⁊ ferundū hoc op⁹ ē cū labore
Satius ē me queri illomodo seruitutē hodie qui fuerim lib
Eum nunc potuit pater seruitutis hic qui uerna nat⁹ ē queṛit
Sum uero uerna uerbero. nē uero mihi in mentē fuit
Dis aduenientē grās p meritis agere adq; alloqui
Ne illi edepol si merito meo referre studeant grās
Aliquē hominē allegent qui mihi aduenienti os occillet pbe
Qm̄ bene qui in me fecerunt ingrata ea habui atq; inrita
Facit ille quod uulgo haud solent. ut quid se sit dignū sciat.
Quod numquam opinat⁹ fui. neq; alius quisquā ciuium

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1615/0026
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG